Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Commentaria in universam artis logicam - Cod. Ettenheim-Münster 277

[S.l.], [17. Jahrh.]

Dvbivm decimvm

urn:nbn:de:bsz:31-129937

Visual Library

Dubium Decimum

Et quot sint Rationes Fundandi sive Fundamenta proxima Relationis praedicamentalis?

De Fundamento Remoto relationis dictum est sup. esse illud cui immediate inhaeret relatio et solent 4 fundamenta remota assignari substantiae scilicet potentiae et qualitas potentia agendi et patiendi. In substantia fundatur relatio identitatis et diversitatis, illa n. sit eadem proprie vel diversa quia eadem est substantia vel diversa. In quantitate fundatur relatio aequalitatis et inaequalitatis quia illa dicuntur aequalia vel inaequalia quae habent eandem vel distantiam quantitatem. In qualitate fundatur relatio similitudinis et dissimilitudinis quia illa dicuntur similia quia eadem est qualitas. In potentia agendi et recipiendi fundatur relatio paternitatis et filiationis causae et effectus et alia huiusmodi, quia scilicet in Patre est potentia generandi et in Filio potentia quod genitus fit.

Dicitur circa haec Nomen substantiae non intelligi veram tantum substantiam sed omne id quod habet modum substantiae et idem dicendum de quantitate et qualitate.

Artes 5to Metaph. cap. 15 Tex. 2o 3 enumerat rationes fundandi relationem praedicamentalem iuxta ijs 3 rationes triplex non constituitur genus relationis. Prima ratio fundandi est unitas et numerus. Nomine unitatis intelligit Artes quamcunque convenientiam inter alij quae convenientia si est inter substantias fundat relationem identitatis si inter qualitates relationem similitudinis si inter quantitates relationem aequalitatis. Per Numerum intelligit Artes disconvenientiam et diversitatem inter alij numerus quo fundat relationem diversitatis dissimilitudinis ~~diversitatis~~ et inaequalitatis iuxta diversitatem subiectorum.

Quia Fundandi ratio est actio et passio nomine actionis et passionis ut hic vera et realis unio et physica actio quia actio moralis non videtur sufficiens fundamentum ad constituendam relationem praedicamentalem secundi ordinis.

Relationes quae ad hoc 2. genus spectantes sunt relationes causae et effectus patris
et filii et aliae similes in actionibus et passionibus fundatae. Ut vero
haec actio fundet relationem praedicam. Dicit esse praesens vel praeterita
et nullo modo futura vel possibilis. Primum est certum si non actio
illa physica est praesens dum extrema existunt realiter est sufficiens
fundamentum proximum hic relationis.
2m non patet quod sic: actio praeterita sufficiat dummodo extrema relationis
existant nam paternitas et filiatio existente patre et filio
habent pro fundamento proximo actionem generativam quae iam praeteriit et
licet istae relationes quae ad fieri et produci dependeant ab actione ge-
nerativa praesenti non tamen dependent quae ad conservari sicut accensio
lucernae licet pendeat ab applicatione ignis ut accendatur non tamen pendet
ab eadem applicatione praesenti sed ut flamma producta in esse conservetur
Ita a simili dicendum de istis relationibus.
3 v. non probatur. Nam actio futura vel possibilis cum non dum
existat nec unquam fuerit neque esse sufficiens fundamentum relationis
realis hic 2. generis sic futura generatio cum non supponat filium
productum non supponit non filium nec patrem existentem ut possit
relationem realem recipere.
Nb. quod Pater non per eandem prorsus relationem formaliter constituatur agens
et pater ut vult Guardianus quod putat quod in instanti generationis filii
cum Pater habeat rationem agentis et Patris quia producit filium
et habet filium productum eadem sit relatio in Patre per quam consti-
tuatur agens et per quam constituatur formaliter Pater. Sed ita ipsum
probatur. hac ratione relatio patris et relatio agentis habent distinctas rationes
fundandi quod sunt distinctae relationes. Consequenter patet ante pater
vitas fundatur in generatione ut generatio est. Relatio a-
gentis in actione ut actio est productiva termini sive talis
actio sit generatio sive non. quod habent distinctas rationes fundandi.

Vnde patet in alteratione quae praecedit generationem hic ratione agentis non tamen patris
quia nondum est filius quod ipsa relatio est distinguendum realiter.

3 Ratio fundandi vocatur mensura et mensurabile. Mensura
dicitur obiectum respectu cognitionis sensitivae aut alterius actus in illud
tendentis a quo omnia ista ~~[illegible]~~ suam perfectionem specificam
accipiunt.
Mensurabile vocatur quicunque actus ad suum obiectum formaliter com-
paratus a quo suam perfectionem specificam desumit ut actus
sensitivae respectu obiecti sensibilis sensus respectu obiecti sensibilis
Ctro 1a Haec 3 Fundamenta Relationis fundamentalis recte et
sufficienter sunt ab Arte assignata.
Probatur Ctro 1o Auctoritate omnium philosophorum qui unanimi consensu haec 3a
fundamenta recipiunt nec plura exigunt.
Probatur 2o Ratione Relationis quae reperitur in reb. nil est aliud quam ordo quidam
unius ad aliud quod tot erunt gratia relationum quot modis contingit unum
ordinari ad aliud sed tantum contingit 3plex unam rem ordinari ad aliam
quod tantum erit triplex tantum genus relationis et consequenter tantum triplex fundamentum
aut totum concedit m. plus. Vel n. ordinatur una res ad aliam
secundum esse et veritatem in quantum dependet ab illa vel ordinatur secundum
potentiam agendi vel patiendi vel secundum aliquam mensuram extrinsecam
quantitatis, si ordinatur secundum esse et veritatem cum dependentia consurgit
3um genus relationum. Si secundum potentiam agendi vel patiendi resultat
secundum genus si secundum aliquam mensuram quantitatis exoritur primum genus et haec
est ratio S. Th. quam magis explicabimus in solutione argumenti infra adducendi.
Circa haec 3 Fundamenta quaeritur 1o in Coe quomodo differunt inter se Rx 1o
Relativa 3um genus differre a relativis patet et 2o genus quod plerumque
haec duo genera claudant relativa mutua. 3um v. genus [illegible] non mutua.

qa ex parte mensurabilis sit realis. Ex parte v. mensurae rationis ut
patet in Deo et creatura sensu et scibili. Et ratio disparitatis est ista
quia mensurabile actus v. g. tendens in suum ~~oltum~~ acquirit ex hac
tendentia aliquam perfectionem intrinsecam per quam constituitur in certa
specie, oltum v. nil intrinsecum acquirit sed tantum aliquam extrinsecam
denominationem sc: cogniti vel concipi. Ex quo Inferitur Mensurabili
potest fundari relationem praedicamentalem quia in ratione talis habet
intrinsecam perfectionem ratione cuius illam potest bene fundari, hoc
ipsum v. non poterit mensura et consequenter respectus mensurae ad mensura
bile erit rationis, mensurabilis v. ad mensuram realis, transcendentalis
quando oltum non existit realiter. Praedicamentalis quando existit in
rerum natura.
Ad Relativa pro gratia sunt mutua patet quia ratio fundandi est unitas
et numerus quam rationem nos sup. vocavimus quantitatem quia numerus spectat
ad quantitatem ut sup. diximus et unitas est principium numeri et non
potest referri unum ad aliud hac ~~ratione~~ relatione pro gratia nisi non
habeat unitatem talem quam habet relatum, si n. Petrus non haberet
unam naturam cum Paulo et Paulus unam naturam cum Petro non posset
illam respicere respectu identitatis quo Paulus mutuo respicit Petrum
et idem est de aliis exemplis pro gratia manendo tamen intra res eiusdem
ordinis.
Relativa non est gratia ut reducuntur ad actum per actionem et
Passionem sit mutua ratio est quia sicut agens perficitur introducendo
suam formam illamque passo communicando illa et patiens perficitur
recipiendo. Unde quia creatura perficitur per creationem et recipit
aliquid esse per illam refertur relatione reali ad Deum. Deus v. cum
nil recipiat neque perficiatur per eam refertur tantum relatione rationis ad creaturam.

Deinde Relationes fundatae in actione et Passione sunt mutuae quia agens et
Patiens saltem in relationibus creatis ex sua natura ordinantur ad invicem
In qua ordinatione secundum S. Th. consistit relatio realis.
Circa 1m Rationem fundandi DB. est Unitatem specificam Genericam
et Analogicam posse fundare relationem realem praedicamentalem
non tamen unitatem numericam.
Im probatur Unitas specifica generica et analogica fundamentaliter
accipitur reperitur in rebus multiplicata realiter et divisa ut docuimus
sup. in Tract. de Universalibus quia inter illa extrema quae habent talem
unitatem cum sint realiter distincta bene potest esse relatio realis praedica-
mentalis et hoc modo verum est de Unitate analogica sicut n. ens
reperitur multiplicatum in rebus ita et Unitas possit eius inseparabiliter
illud sequens, Unde creaturae reseruntur realiter ad Deum relatione
identitatis ob Unitatem analogicam quam habent cum Deo in ratione Entis
Deus v. non reseruntur relatione reali sed tantum rationis quia ex sua natura est incapax
alicuius relationis realis de novo sibi advenientis. Em v. probatur Relatio
praedicamentalis petit realem distinctionem extremorum ut supponimus
sed unitas numerica excludit distinctionem intra plura numero distincta
ut potest negari distinctionem quia non potest fundare relationem praedicamentalem.
Neque Dubitas quando dictum est Unitatem genericam specificam et
Analogicam posse fundare relationem nos loquimur de relatione generis et
speciei, illae n. sunt rationes non reales et de relationibus rationis iam satis supra
dictum est.
De His v. Relationibus quae fundantur in Unitate merito dubitatur An
sint eiusdem speciei an diversae v. g. An Petrus eadem relatione quae
reseruntur ad Paulum fundata in unitate specifica reseruntur
ad Brunellum quae relatio fundatur in Unitate generica et tamen per eandem

respiciat cum fundatam tu fortiter in unitate analogica.
Rx ad hoc 1. probabili esse illas relationes non distingui in Petro specie
nec realiter sed esse unam relationem identitatis, tum quia omnia ista ad
referendum Petrus habent rationem tertii adaequati, tum quia sulla harum relationum
sic: homo animal et ens non realiter distinguuntur ergo nec ipsae relationes distin-
guuntur specie nec realiter.
Rx 2o probabilius esse illas relationes distingui specie ob diversitatem
completam unitatum mio et realiter. probatur 1. quando fundata relationum
specie differunt ipsas relationes specie differre est necesse sed istae unitates
specie differunt ergo et relationes in illis fundatae eodem modo differunt
Nec satisfacit caut. dicendo illas unitates quae ad positivum tantum
differre ratione licet quae ad negativum differunt specie quia licet hoc verum
sit, tamen non impedit quin ~~possunt~~ possunt fundari plures relationes specie et
realiter distinctas. probatur. nam unum numero album licet a seipso
nec specie nec realiter distinguatur potest fundari relationes specie et realiter
distinctas ergo illa solutio caret non enervatione nostrae relationis consequentiae
probatur quia unum numero album referitur relatione similitudinis ad
aliud album et relatione dissimilitudinis ad nigrum sed hae duae
relationes specie differunt et realiter ergo idem quod antea. quod specie differunt
patet quia habent terminos formaliter specie distinctos. quod 2. differunt non realiter
probatur. una relatio ex his duabus potest esse sine altera ut si tollatur nigrum
auferetur relatio dissimilitudinis manente relatione similitudinis
ergo distinguuntur realiter inter se. consequentia patet quia hoc signum communiter assig-
nari solet pro distinctione reali et idem dicimus de relatione identitatis
specificae et genericae in Petro respectu Pauli et Brunelli.

Circa Rationem Fundandi 3ij gradus est quaestio an illa relatio 3ij gradus
fundatur immediate in substantia an in potentia operativa substantiae. Respondeo illam
fundari immediate in potentia operativa v. g. Paternitas immediate
fundatur in potentia generativa Patris non in essentia aut substantia illius
nisi tantum radicaliter et remote, unde si Deus conferret ab homine potentiam gene-
rativam sicut illud bene potest facere conferendo organum in quo potentia illa
residet ille vocari posset Pater non formaliter bene tamen radicaliter cum funda-
mentaliter, neque obstat quod habeat filium genitum quia ad rationem formalem
Patris potest filium requiri formaliter relatio paternitatis per quam formaliter in
esse patris constituatur quam tamen paternitatem in casu possibili homo ille non haberet
nisi tantum radicaliter. Alii dicunt in casu possibili nec manere Patrem
nec filium formaliter sed tantum manentibus sic: ille homo maneret qui vocabatur
Pater et ille qui vocabatur filius. et ratio est quia relativa sunt tales naturae
ut mutuo se tollant et ponant et hoc tamen non displicet.
Circa 3 Genus Relationis Praedicamentalis N. utrumque extremum
non reserri realiter ut patet in Deo respectu Creaturarum nec Deus denominatur
realiter denominatione a relatione reali existente in altero extremo sic: in crea-
tura sed a potentia coercitiva reali et idem dicimus de omnibus relativis 3ij
gradus sic: quod unum extremum non denominatur formaliter tale per relationem
existentem in altero extremo Et patet hoc. Una forma nequit dari
duos essentiam formales distinctos et oppositos sed secundum et scibile, Creator et
Creatura dicunt duas rationes distinctas et oppositas quae nequeunt ad
una forma provenire patet ma. una forma habet tantum unam essentiam quae
habet tantum unum essentiam formalem consequens patet quia essentia formalis est ipsa
forma communicata.
N tamen hic. Relationem unius relativi 3ij gradus posse esse causam cum fundamentum
quare aliud dicatur tale ut relatio creaturae potest esse fundamentum quare

Deus dicatur dominus et relatio sensus potest esse causa ob quam aliquid dicatur scibili.
Arg. 1° Relatio agentis est in agente ergo relatio agentis non potest fundari in
actione antecedens patet consequentia probatur actio transiens non est in agente sed in passo
ergo relatio non potest fundari in actione aliter enim non esset in agente.
Respondeo ad 2° dico consequens ergo non est in actione tanquam in ratione fundandi
nec consequens tanquam in fallo secundo. Iam n. dictum est potentiam activam esse
fundamentum immediatum relationis 3ii generis et idem dicimus de passione
quod sit ratio fundandi non fundamentum relationis, nec petitur quod sit vera potentia
passiva sed satis est quod habeat se ad modum potentiae passivae sicut si
libertas Petri fundatur in potentia passiva illius non proprie loquendo de
potentia passiva sed accipiendo illam pro ipsa essentia generabili quae
stat sub hac passione. Unde ad argumentum pleno Respondeo non esse necessarium quod ratio
fundandi sit in eo in quo est relatio sed sufficit quod fundamentum talis relationis
immediatum sit in illo ut contingit in Patre in quo non est complexus generatio
quae est ratio fundandi paternitatis bene tamen est in illo potentia generativa.
Arg. 2° Relationes creaturae et creatoris sunt 3ii generis et tamen non fundantur
in ratione mensurae et mensurabilis sed in actione et passione ergo
fundamentum 3ii generis non est recte assignatum maior patet probatur minor. Ideo
non respicit creatura Deum quia ab illo est producta sed productio est
actio ergo relatio creaturae fundatur in actione et passione Respondeo ad 2° ma-
et negando minorem ad probationem minoris Respondeo 1° illam relationem formaliter quae fundatur
in actione productiva vel conservativa creaturae potest reduci ad
2 generis. Respondeo 2° ex S. Th. quod omnis dependentia unius ab alio sive
tamen dependentia alterius ab illo spectat ad 3 generis relationes et quia
creatura in suo esse dependet a Deo, non tamen Deus a creatura hinc illa
relatio ut fundata in actione productiva reducitur ad 3m generis. Itaque
creatura proprie refertur relatione 3ii generis ad Deum in quantum immediate
illum ut suam mensuram licet tamen in quantum producta ab illo potest
ad hoc 3m generis revocari.

Et quando dicitur Relationes mensurati non possunt fundari in actione. Respondeo verum
esse de relationibus quae sunt proprie mensurati non vero de relationibus quae sunt mensurati
quia mensuratum dicit ipsum cum dependentia a sua mensura sive
mutua dependentia mensurae a mensurato.

Arg. 3. Scientia in sua essentia est mensuratum quod et tamen ut sic non est relativum
sed absolutum ergo mensuratum ut sic non est relativum et ergo 3. genus non est
recte assignatum. Respondeo Mensurabile. Et accipi potest 1° pro re quae mensurat
sive pro ipso fundamento mensurationis et hoc modo ipsa essentia scientiae dicitur
mensurata sive adaequata suo obiecto et secundum hanc acceptionem scientia
est ens absolutum spectans ad praedicamentum qualitatis. 2° accipitur
Mensurabile prout formaliter dicit relationem consecutam ad talem
adaequationem cum mensurationem quae dicitur mensurabilitas formaliter et
haec est relatio huius praedicamenti. Et eodem duplici modo praeaccipi
mensura ex quo satis patet ad argumentum.

Circa 2am 4 Assignat Aristoteles proprietates relationis.

1a est quod Relativa habeant contrarium ut virtuti contraria Vitium
haec proprietas non convenit relationi ut relatio est sed ratione fundamenti ut dicit
Caret. nec tamen omni fundamento competit sed tantum qualitati.

2a est quod Relativa suscipiant magis et minus similiter quod est
relativum dicitur magis vel minus tali, haec proprietas in primis non con-
venit omnibus relativis nam duplum non dicitur magis duplum. Unde
haec proprietas convenit in relativis ratione fundamenti quae per se suscipiunt
magis et minus.

3a est quod Relativa dicuntur ad Convertentiam i. quod unum rela-
tivum explicatur per ordinem ad aliud ut Pater est filii pater. Caret.
explicat hoc modo dici ad Convertentiam nihil aliud est quam quod se relativa
mutuo respiciant et hic mutuus respectus diversimode reperitur in 3
generibus.

4a quod Relativa ut relativa sunt simul natura. Ad hanc proprietatem
patet ex dictis conditionibus.

1a est quod uno relativo existente nullo existat et alterum et uno sublato tollatur et alterum ut existente Patre nullum est esse filium sublato v. Patre nullum est tolli et filium et est ita
2a est quod neutrum relativum sit causa alterius secundum rationem formalem referendi licet secundum rationem materialem possit esse causa illius ut patet in quantum patet non est causa filii sed in quantum homo Et ex hoc facile solvitur argumentum illud quod fieri solet ita hanc hoc modo.
Causa et effectus sunt relativa et tamen causa prior est suo effectu quia non sunt simul nam relativa. Ergo quod causa materialiter sumpta sit prior suo effectu non tamen formaliter.
De his proprietatibus plura videri poterunt in Caiet. et aliis.

CAPUT DE QUANTITATE.

DUBIUM UNDECIMUM &c.

In quo consistat essentia quantitatis praedicamentalis quae eius species et proprietates?

Explicatione pro quaestionis Dr. Hoc nomen quantitatis habet multas easque omnino diversas significationes. 1o n. significat quamcunque formam vel dictam sive substantialem sive accidentalem quae forte non raro dicitur praedicari in quale ut supra de dicta 3o praedicabili dictum est. 2o significat quamcunque accidens praedicamentale 3o accipitur pro eo quod ponitur formaliter in hoc 4o praedicamento, cuius natura ita Philosophis ita ignota fuit ut nix aliquid certi de ea statuere aut concludere potuerint. Arles hoc modo naturam quantitatis descripsit. Quantitas est qua quantitas quidam dicuntur. hanc quantitatis descriptionem nonnulli Aristotelico ingenio indignam arbitrantur ob argumenta quae propter ea eam adduci solent sed nos eam cum S. Th. ut bonam descriptivam tamen utpote per effectum formalem et assignatam recipimus et approbamus.